

HORAZ / **ARS POETICA** / Auszug:**Text (1) / Verse 42-48a / Die Anordnung**

Ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor,
 ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
 pleraque differat et praesens in tempus omittat,
 hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.
 In verbis etiam tenuis cautusque serendis
 dixeris egregie, notum si callida verbum
 reddiderit iunctura novum. [...]

Kommentar:

ordo: (hier:) Anordnung [des Gesagten]
venus: (hier:) Schönheit

tenuis: zart / empfindsam / sensibel
cautus: achtsam / vorsichtig
serere: aneinander reihen
callidus, a, um: klug / gewandt
iunctura, ae (f): Wortverbindung

Text (2) / Verse 99-107

Non satis est pulchra esse poemata; **dulcia sunt**
 et, quocumque volent, animum auditoris agunto.
 Ut ridentibus adrident, ita flentibus adsunt
 humani voltus; si vis me flere, dolendum est
 primum ipsi tibi; tum tua me infortunia laedent,
 Telephe vel Peleu; male si mandata loqueris,
 aut dormitabo aut ridebo. Tristia maestum
 voltum verba decent, iratum plena minarum,
 ludentem lasciva, severum seria dictu.

dulcis: süß / anziehend / gewinnend

quocumque: wohin auch immer

ad-rideo: anlächeln

infortunium (n): Unglück / Züchtigung

TELEPHOS (NP): ⚔

PELEUS (NP): ⚔

mina, ae (f): Drohung

lascivus, a, um: fröhlich / ausgelassen

Text (3) / Verse 333-340**AUT PRODESSE VOLUNT AUT DELECTARE POETAE**

aut simul et iucunda et idonea dicere vitae.
 Quicquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta
 percipiant animi dociles teneantque fideles.
 Omne supervacuum pleno de pectore manat.
 Ficta voluptatis causa sint proxima veris,
 ne quodcumque volet poscat sibi fabula credi,
 neu pransae Lamiae vivum puerum extrahat alvo.

manare: fließen / wegströmen

prandere (PPP: *pransum*): frühstücken

Lamia, ae (f): Vampir

alvus, i (m): Bauch

Text (4) / Verse 361-365 / die ποίησις

Ut pictura **poesis**; erit quae, si propius stes,
 te capiat magis, et quaedam, si longius abstes;
 haec amat obscurum, volet haec sub luce videri,
 iudicis argutum quae non formidat acumen;
 haec placuit semel, haec deciens repetita placebit.

poesis = ποίησις = Dichtung

* sunt qui / es gibt welche die / einige

arguere (PPP: *argutum*): klarstellen

formidare: sich fürchten

acumen, inis (n): Spitze / Stachel / Witz

deciens (decem): zehnmal